



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

20. De corpore vitiatis ordinandis, vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

ta ipsis reddentis sunt obnoxij, vt ex eorum ingressu in religionem qualibet lis, iniuria, siue molestia timeatur, possint religionem ingredi, nec in ipsa profiteri, & si in contrarium fiat professio, erit nulla, cuius verba, quae ibi ad hoc propositum ponuntur, sunt quae sequuntur. *Antiquitate Apost. perpetuo statuimus & ordinamus vt huiusmodi ere alieno supra vires facultatum suarum grauari, vel reddendis rationibus obnoxij; & obligari nullatenus recipiantur, & super hoc fiat informatio, &c. & omne in contrarium factum irritamus, & annullamus, viribusque & effectu currere decernimus.* Quae constit. cum nullum discrimen constituat inter publica, vel privata rationia, de omnibus generaliter est intelligenda, arg. l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione, resoluunt Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. q. 10. artic. 1. Ludou. Miranda in man. prelat. tom. 1. q. 17. art. 6. Sanch. in praecepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 1. q. 29. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 7. n. 20. Bart. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 1. dub. 1. c. 3. Salzed. d. c. 10. in fin. vbi etiam aduertit quod si patrimonium, illius qui profiteri vult, longa administratione superat, nec rationes ita inuolutae sunt vt molestia aliqua quouis quæsto colore inferri non possit, non praestaret hoc impedimentum ad religionem profitendam; additque idem Salzed. praedictam constit. locum non obtinere quando ante religionis ingressum sufficiens cautio praestaretur, qua fideiussores se ad reddendas rationes obligarent, sicut principales debitores.

9. Praedicta quoque constit. in citatis verbis decidens ne onustus, seu grauius debitis possit aliquam religionem intrare, non habet locum in debitis incertis, & indeterminatis, quorum dominus sciri, & inueniri non potest, & in eo qui grauius debitis omnibus suis bonis cedit; sed quia circa eius interpretationem multa à Doctoribus non inutilia adducuntur, qui ea ad longum edificare velit, videat Nau. in com. 1. de Reg. n. 7. vers. quantum & com. 2. n. 42. & n. 60. Muñoz de Escobar d. c. 4. n. 3. cum segg. Azor. inst. mor. p. 1. lib. 1. c. 1. q. 1. Fr. Emman. q. Reg. tom. 2. q. 61. art. 6. & tom. 3. q. 10. art. 9. & 14. Sayr. in clauis Regia lib. 10. tract. 5. c. 7. n. 13. cum multis segg. optimè Lud. Miranda in manuali Prelat. tom. 2. q. 17. art. 6. & 7. latè Sanch. in Decalog. lib. 4. c. 19. n. 19. cum segg. Campan. d. c. 9. vbi n. 13. cum Carol de Tapia ad auth. ingressi, verbo, ingressi, c. 8. n. 7. C. de sacros. Eccles. resoluunt heredem debitoris non posse profiteri quovisque reddiderit rationia, sicut nec defunctus quibet, cuius est haeres.

De Corpore vitiatu ordinandis, vel non.

TIT. XIX.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 28. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome Decretalium, fol. 23. verso. Daniel Venator. in analysi method. iuris Pontifici, pag. 83. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque lib. Decret. sub Petr. Alphons. de Vasconcel. in harmonia rubr. iur. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canon. & nouissi-

mè Ioan. Honor. lib. 1. summa in Decretal. omnes sub hac rub.

De materia huius tit. scripserunt Angel. Syluest. Rosel. Tabien. & Armil. verbo corpore vitiatu, & apud Hispanos l. 2. tit. 6. p. 1. Borgal. tract. de irreg. tit. de corpore vit. Con. in Clem. si furiosus, p. 1. in princ. a. n. 5. de homicid. Albert. Trot. de vero, & perfectio clerico, l. 2. c. 16. Villadieg. de irreg. c. 1. de corpore vit. Mandos. de signatura gratia, eod. tit. Felician. de censur. tit. de irreg. c. 16. Maiol. de irreg. lib. 1. ex c. 14. vsque ad c. 26. & lib. 2. c. 16. & 18. Llamas p. 1. method. c. 12. ex §. 4. Aragon. 2. 2. q. 65. art. 1. vbi Salon. controu. 4. Salzed. ad Bernard. in praxi. canon. c. 17 in nouiss. edit. Nauat. 1. consil. sub hoc tit. septem ponit consilia, & Sayr. in floribus decisi. sub eod. tit. quatuor collocat decisiones, Rebuff. in praxi tit. de dispens. cum corpore vitiatu, Vinald. in candelabro aureo, tit. de irreg. ex vitio corporis, Molina de inst. tract. 3. disp. 70. Beller. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 7. Nicol. Garc. de benef. part. 7. c. 12. de corpore vitiatu, Vgolin. de irregular. c. 46. vsque ad §. 5. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19. punct. 3. de secunda specie Sayr. de censuris, lib. 7. c. 7. 8. & 9. Iacob. de Grassis in decisi. aureis, lib. 4. c. 27. n. 39. cum segg. Henric. in summa lib. 14. c. 8. Auila de censur. p. 7. disp. 3. Soar. eod. tract. disp. 51. sect. 2. Villalob. part. 1. sum. tract. 2. 1. diff. 35. Aegid. de Coninch. tom. 2. disp. 8. dnb. 14. Fr. Emman. in summa tom. 1. cap. 158. quest. Regular. tom. 1. quest. 24. artic. 3. Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. c. 17. Ludou. Mirand. in man. Prelat. tom. 2. quest. 8. artic. 3. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. a. n. 44. Bonacina de censur. disp. 7. quest. 2. punct. 1. latè & eleganter Illustriss. D. Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, in comment. ad Decretal. disp. 55. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 5. cap. 7.

SVMMARIVM.

1. Presbyter qui in duello digiti partem amisit ex dispensatione proprii Episcopi potest in suo Ordine ministrare.
2. Digito carens Ordinibus initiari potest, dummodo necessarius non sit ad consecrationem.
3. Pollicis pars si desit quando inducatur ex hoc irregularitas, ostenditur.

CAP. De Presbytero. I. Innoc. III.

Presbyter, qui duellum obtulit, vel oblatum accepit, si in eo amisit partem digiti, ita vt sine scandalo possit solemniter celebrare, Episcopus potest dispensare, vt in suo Ordine ministret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Host. Panorm. Anan. Butr. Viu. in ration. primi libri iuris Pontifici pag. 331. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 118. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 12. c. 11. & est post Conc. Lateranen. sub Alexandr. III. p. 26. cap. 6.

De digito &c.] Aduerte carentem digito sinistrae manus, Ordinibus initiari posse, vt probat c. lator. §. 5. dist. tum etiam dexterae, vt in ibi glof. dicit, dummodo illius carentia in alterutra nec magnam operetur deformitatem, nec aliquis ipsorum sit, qui pernecessarius est ad consecrationem, sicut pollex, aut index, quorum altero si quis careat fit irregularis, Borg. de irreg. tit. de corpore vit. n. 4. Salon. in 2. 1. D. Th. q. 95. art. 1. contr. 4. conc. 2. Sayr. de cens. l. 6. c. 15. post n. 12. Belletr. disquisit.

3 *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cler. §. 7. n. 18.* Vnde si pars pollicis desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impediatur, ita ut sine scandalo possit solemniter celebrari, minime inducit irregularitatem, dummodo nulla eiusdem præcesserit culpa. *Salon. d. controu. 4. concl. 2. Nau. cons. 1. n. 1. sub hoc tit. Sayr. in florib. decis. sub eod. tit. decis. 1. Bellet. d. §. 7. n. 19. Campan. in diuersiuris Canon. rubr. 1. c. 17. n. 112. vers. quinimo, quos ipse refero de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 42. n. 28. & 20.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Maculam in oculo habens, quæ non inducit magnam deformitatem, etiam ad Episcopatum poterit promoueri.*
- 2 *Oculus macula, quæ non inducit magnam deformitatem, nec scandalum parit in populo, non excludit quem à clericatu, nec ab Episcopatu.*
- 3 *Verba, quod exinde visum fuerit, arbitrium boni viri important, non autem liberam voluntatem.*
- 4 *Episcopi est determinare quando dubitatur siue talis corporalis morbus, vel defectus, qui ordinis executionem impediatur, vel scandalum gignat.*
- 5 *Episcopi arbitrio remittitur quod dicatur modicum vitium, quæ notabilis deformitas, etiam respectu regularium.*
- 6 *Irregularitatem non incurrit, qui habet oculum altero maiorem.*
- 7 *Iudicis arbitrio relinquitur, quod dicatur modicum vitium.*

CAP. Cùm de tua. II.

1 **H**Abens maculam in oculo, quæ non inducat magnam deformitatem, nec scandalum pariat in populo, non excluditur à clericatu, nec etiam ab Episcopatu. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Io. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 331. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 118. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 12. c. 3. & est post Conc. Later. sub Alex. II. p. 40. cap. 2.

2 *Hanc eandem concl. hoc text. desumit Seraph. Rota decis. 625. incip. dubitatum fuit, num. 3. quem refero ego ipse de officio, & potest. Episc. p. 1. alleg. 42. num. 30.*

3 *Quod exinde visum fuerit.] Aduerte hæc verba importare arbitrium boni viri, non autem liberam voluntatem, Menoch. de arbit. lib. 1. q. 8. n. 1. cum seq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proem. n. 112. Fr. Emman. q. Reg. tom. 2. q. 119. art. 3. vers. ex quibus.*

4 *Exequatur.] Notatur ad hoc quod quando dubitatur siue talis corporalis morbus, vel defectus, qui Ordinis executionem impediatur, vel scandalum gignat, Episcopi est determinare, Con. in Clem. si furiosus de homicid. in initio, p. 1. n. 5. Valer. Reginald. in praxi fori pæn. lib. 30. n. 45. Nau. cons. 1. n. 1. sub hoc tit. Auila de censur. p. 7. disp. 3. dub. 1. Bonac. eod. tract. disp. 7. q. 2. puncto 2. n. 36. in fine. Ego ipse d. alleg. 42. n. 60. Campan. in diuersi iuris Canon. rubr. 1. c. 17. n. 82. cum seq. Remittitur enim arbitrio Episcopi quod dicatur modicum vitium, quæ notabilis deformitas, Menoch. cons. 96. n. 30. & 31. & de arbit. casu 226. n. 7. & 8. Seraph. d. decis. 625. n. 4. Henr. in sum. lib. 14. c. 8. §. 1. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 17. n. 16. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cler. §. 7. n. 26. Et respectu Regularium quod ad eundem Episcopum.*

copum id declarare competat, non autem ad Superiores Regulares, nisi eisdem expressè à Sede Apost. delegaretur, tenent Henr. d. §. 1. vers. secundo, Fr. Emman. q. Reg. tom. 1. q. 24. art. 4. Campan. d. c. 17. n. 204. Syluest. verbo, corpore vitiatus, n. 2. Nau. in man. c. 27. n. 200. quicquid dicat Lud. Miranda in manual. Pralat. tom. 2. q. 8. art. 3. concl. 1. in med.

In gloss. Visum fuerit, vlt. ibi, Item pone quod habens unum oculum maiorem alio, &c. Notatur ad hoc quod irregularitatem non incurrit qui habet oculum altero maiorem & grossiorem, vt per Abb. hic n. 3. vers. querit glossa, Syluest. verbo, corpore vitiatus n. 5. vers. si vero, Campan. d. c. 17. n. 75. vbi cum Nau. in man. c. 27. n. 199. id intelligit quando notabilem deformitatem eius magnitudo non producit.

In ead. gloss. ibi, Vnde arbitrio istorum relinquitur, Notatur ad hoc quod iudicis arbitrio relinquitur quod dicatur modicum vitium, vt per Menoch. de arbit. casu 226. n. 7. & 8. Bart. de Vecchis in praxi nouis. disp. 5. dub. 6. n. 2. in fin.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sectus in cunabulis, vel ex iusta causa faciens sibi virilia abscindi, licet promouetur.*
- 2 *Permittentes se castrari fiunt irregulares.*
- 3 *Castratus non sponte, sed casu, propria tamen ad id interueniente culpa, non potest fieri clericus.*
- 4 *Eunuchi, & spadones possunt Ordines assumere, & beneficia obtinere.*
- 5 *Castratus per insidias hominum, aliquamvis persecutionem potest etiam in Episcopum eligi.*
- 6 *Clericus fieri non potest, qui semetipsum ascidit ex indignatione.*

CAP. Ex parte. j. II. Clem. III.

1 **S**Ectus in cunabulis, vel ex iusta causa faciens sibi virilia abscindi, licet promouetur, & in Ordine ministrare potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Io. Andr. Innoc. Host. Butr. Collect. Anan. Anchar. Panorm. Cened. collect. 69. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 332. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 118. remissive Ximen. in concord. part. 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 10. cap. 1.

Qui se ipsos sani absciderint, &c.] Notatur ad hoc quod permittentes se castrari, vel sponte se castrantes fiunt irregulares, nec possunt fieri clerici, Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. cum corpore vit. n. 15. & 16. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 12. Ego ipse de offic. Episc. p. 2. alleg. 42. n. 13. Quod ampliatur etiam ad illum casum, quo aliquis non sponte, sed casu, propria tamen id interueniente culpa sectus, vel castratus fuerit, is enim non potest fieri clericus, Con. in Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. in princ. n. 6. Rebuff. d. tit. de dispensat. cum corpore vit. n. 16. Vinald. in candelabra aureo, tit. de irreg. ex vitio corporis a n. 174. Henr. lib. 14. c. 8. §. 1. Cened. ad Decret. collect. 69. n. 1. Veluti si alicui fuerint abscissa virilia ab adultera marito, vlciscente iniuriam, quia ipsum inuenit cum sua vxore coire, Con. vbi proxime, Villadieg. in tract. de irreg. tit. de corpore vit. col. 2. Vgol. de irregul. c. 51. n. 3. Soar. tom. 5. disp. 51. sect. 2. numero 8. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 7. numero 12. & 13. Molina de iustitia, tract. 3. disp. 70. n. 18. Campan. in diuerso iuris Canonici, rub. 11. c. 17. n. 11. Aut si cognouit

R 2 eutra

caraliter mulierem habentem morbum gallicum, ex cuius contagione amisit membrum genitale, attento quod ex hoc id solet succedere, nisi ignoranter tam cognovisset, quam sanam putabat, Fr. Emm. tom. 1. c. 1. § 8. n. 7.

4 *Eunuchus.* Notatur ad hoc quod eunuchi, & spadones possunt Ordines assumere, & beneficia obtinere, vt per Rebuff. in com. ad l. spadonum 128. vers. qui spadones, ff. de verb. signif. pag. 487.

5 Si per insidias hominum factus, &c. Notatur ad hoc quod si per insidias hominum, aliquamve persecutionem alicui fuerint abscissa virilia, aut ita sit ille natus, etiam poterit in Episcopum eligi, vt per Campan. d. c. 17. n. 16. nec oportebat illa arefacta secum portare; error enim est vulgi opinantis eum celebraturum teneri virilia arefacta, & in puluerem redacta secum deferre, namque re vera ad id minimè constringitur, vt per gloss. ult. in c. eunuchus § 5. dist. Anch. hic, & Abbi. n. 6. Host. in c. ult. inf. hoc tit. Nau. in man. c. 2. n. 200. Albert. Trot. de vero & perfetto cleric. lib. 2. c. 16. n. 8. Syluest. verbo, corpore vitiat, n. 3. vers. nec est necessarium, Plac. in epit. delict. lib. 1. c. 25. n. 1. Bellet. d. §. 7. n. 17. Campan. ubi proxime, Cened. ad Decret. collect. 69. n. 2. Salzed. ad Bernard. l. in pract. c. 17. n. 13.

6 In gloss. Absciderint, ibi, Ex indignatione. Notatur ad hoc quod non potest fieri clericus, qui semetipsum abscidit ex indignatione, vt per Bellet. d. §. 7. n. 9. Campan. d. c. 17. n. 32. & 33. Vtrum autem qui ex indignatione, aut impatientia sibimetipsi dentem euulsi, excusque, possit ab Ordinibus repelli, quaestio est non contemnenda, in qua si notorium sit hanc euulsionem ex indignatione processisse, non de facili esse Ordines concedendos tenent Syluest. verbo, corpore vitiat, n. 5. Maiol. de irreg. l. 1. c. 24. vers. quod ita, Henriq. lob. 14. c. 8. §. 2. in fine. Sed ab Ordinibus non repelli iustius tueretur Abb. hic post n. 5. Sayr. de censuris lib. 6. c. 8. num. 16. Vinald. p. 2. tit. d. irregular. n. 155. in fin. Bonacina de censuris, disp. 7. q. 2. puncto 2. num. 6.

S V M M A R I U M.

- 1 Episcopus auctoritate Papa dispensare potest cum Sacerdote, qui ex deuotione amputauit sibi virilia, vt exerceat suum officium prater Altaris ministerium.
- 2 Castrans se, vt emittet lubricum carnis non potest promoueri.
- 3 Dispensare an possit Episcopus in irregularitate, qua provenit ex vitio corporis, ostenditur.

C A P. Significauit. I V.

1 Sacerdos, qui sine causa virilia sibi fecit abscindi, credens inde mereri, de dispensatione Episcopi sui officium prater Altaris ministerium poterit exercere. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bel. lam. Io. Andr. Innoc. Butr. Anan. Panorm. Host. Anch. Viti. in ration. primi libri iur. Pont. pag. 332. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 118. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. c. 2.

2 Collige ex text. quod castrans se vt emittet lubricum carnis non potest promoueri, vt per Rebuff. in praxi tit. de dispens. cum corpore vitiat, n. 15. & 16. & in com. ad l. spadonum 128. vers. si tamen aliquis, ff. de verborum signif. pag. 487. Amescu. de potestate in se ipsum, lib. 1. cap. 20. a n. 16. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 7. num. 12. Non enim per ab-

scissionem corporis à Deo plasmati existimare debent posse à se carnales concupiscentias amputare, sed per disciplinam religionis, vel abstinentiae. Vnde illud Math. 19. quatenus dominus noster dicit esse eunuchos, qui se castrauerunt propter regnum Dei, est intelligendum de eunuchis spiritualiter, id est de his, qui abstinent perpetuò à concubitu foeminarum, prout interpretantur D. August. & alij Sancti Patres, quos referunt Cou. in Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. in princ. n. 6. vers. quinto, Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 17. num. 9. in nouiss. edit. Bellet. d. §. 7. numero 13. Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. cap. 17. n. 12. ubi etiam secundum Chrysost. quem refert Sot. l. 5. de iustit. q. 2. art. 1. in fine, dicit intelligi posse de his, qui non per membrorum abscissionem, sed malaram cogitationum interemptionem se castrauerunt, verè enim carni repugnare nescit, qui non ad ieiunia, flagellationes, humi cubationes, frequentiam confessionis, & augustissimæ Eucharistiae, sed ad amputanda virilia confugit, cum certum sit eunuchos libidine magis incendi, vt docent Greg. Theolof. syntagm. iuris p. 1. lib. 7. cap. 2. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 7. n. 12. Et aduersus dicentes ad bene feruendum Deo requiri vt quis castratus, & eunuchus sit, vide citatos per Cened. ad Decret. collect. 69. n. 4. & ideo Origenes passim à Doctores peccati mort. arguitur eo quod se eunuchum fecit vt liberius foeminis intra domos Euangelium prædicaret sine periculo incontinentiae, vt aduertunt Card. Baron. annal. Ecclesiae tom. 2. anno Domini 208. Lessi. de iust. lib. 2. c. 9. dub. 4. n. 98. in fine, Sayr. in clau. Regia, lib. 7. c. 9. n. 2. 4. ad med.

Auctoritate nostra fretus, &c.] Ergo iurisdictiones, ordinaria & delegata non sunt incompatibiles, sed in vna, eademque persona concurrere possunt, vt contra Butr. in cap. cum ex officio sub num. 8. vers. non puto, de prescripti. tenent Innoc. ibid. sub num. 2. in verbo, auctoritate, Abb. a n. 19. vers. ex hac enim litera, vsque ad num. 26. Anch. n. 10. Imola n. 11. Felin. sub num. 21. vers. nihilominus omittis istis, Paris. n. 23. Curt. iun. in l. etsi prator, n. 6. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Albert. Brun. in tract. de augmento in 4. concl. n. 14. Nec propterea cogi potest Episcopus ad declarandum qua potestate velit procedere, Innoc. in d. c. cum ex officio n. 1. Anchax. numero 12. Felin. numero 23. ad finem, vers. & dum dicitur, Abb. sub num. 18. vers. ex hoc, notat etiam Paris. num. 27. Nec in contrarium facit si quis dicat supposita iurisdictione ordinaria frustratorem videri delegatam, quia nihilominus maximi adhuc momenti est non solum vt geminata virtute ex duabus vna mixta conficiatur, vt prædicti Doctores loquuntur, sed etiam vt in articulo executionis delegata magis promoueat ordinariam, atque in casu permixtae appellationis ea emittatur ad ipsam Sedem, prout ita in specie ibidem considerant Abb. num. 19. & 15. Imol. num. 11. & Paris. num. 23. Adde & aliud vt remoueat inde omnis scrupulus, si incideret dubitatio, an ex aliquo non præiusto, vel non bene explicato posset super ordinaria iurisdictione dubitari, vt videtur considerasse Rot. apud Put. decis. 212. n. 5. lib. 3.

In gloss. Nostra. Notatur ad hoc quod Episcopus propria auctoritate potest dispensare in irregularitate, qua provenit ex vitio corporis, vt per Villadieg. & Syluest. quos refert, licet non sequatur, Salzed. d. cap. 17. num. 15. Contra hanc glossam tamen Doctores tenent communiter Episcopum, vel alium Superiorem non posse dispensare super irregularitate ex vitio corporis, sed Sum. Pont. tantum, ex quorum numero sunt in presenti Innoc. n. 3. super verb. & tua, Host.

Host. ad finem super verbo, tunc, Ioan. Andr. in fin. n. 9. super verbo, auctoritate nostra, Anton. de Butr. n. 8. vers. per quem autem, Panorm. col. 2. n. 2. Ioan. de Anania in princ. vers. & adde, sequuntur Couar. in d. Clem. si furiosus, p. 1. in initio, n. 7. vers. super hoc, Nau. in man. c. 2. n. 98. & n. 200. vers. 8. Molina de inst. irrat. 3. disp. 70. n. 19. Sayr. de censur. lib. 6. c. 8. n. 1. Bonac. cod. tract. disp. 7. q. 2. punct. 2. n. 36. Campan. d. c. 17. n. 102. Ludou. Miranda in manuali Prælat. tom. 2. q. 8. art. 1. concl. 2. Salzed. d. c. 17. num. 1. 5. Aloyf. Ricc. in praxi aurea ref. 16. aduertentes, præcipue duo ultimo loco citati, glossam hanc intelligi de dispensatione Episcopii, auctoritate tamen Apost. prædicta, & sic sibi delegata exponentes verba illa huius text. auctoritate nostra, id est, tibi commissa, quæ etiam ideo dicitur tua, cum ipsam non valeat commissarius alteri delegare, cap. ult. in fine, inf. de offic. deleg.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi amputari virilia, non est irregularis.
- 2 Irregularis non efficitur ille, cui de consilio Medicorum propter infirmitatem amputata sunt virilia.

CAP. Ex parte. ij. V.

Innoc. III.

- 1 Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi amputari virilia, potest ut prius Sacerdotale officium exercere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Hostiens. Butr. Collect. Anan. Anchor. Panormitan. Cened. collect. 69. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 333. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 118. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. l. 1. tit. 13. cap. 1.
- 2 Collige ex text. quod ille, cui de consilio Medici amputata sunt virilia propter infirmitatem seu languorem, non efficitur irregularis, nec eius promotio, vel officium impeditur, ut per Henric. in summ. lib. 14. c. 8. §. 1. lit. O. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 16. Vnde si ex consilio Medici, vel Chirurgi ob valetudinem consequendam fuerit alicui membrum præcisum, neque impediens celebrationem, neque producens deformitatem, nequit Episcopus retinere illum a promotione, cap. si quis a Medicis, cap. si quis per agnitum, cap. si quis in infirmitate §. dist. Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 17. n. 16. vbi etiam cum Borgal. de irregular. rubr. de corpore vitiatis, n. 4. vers. si voluntatis, aduertit huiusmodi fieri irregularem si a semetipso faceret, quamvis pro medela, modo peritus in arte medendi non sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Mutilatus manu si promotus fuerit in Abbatem, ab Abbacia deponitur.
- 2 Manum mutilatam habens non potest ad Ordines promoueri, idem si haberet articulatam manum, & aridas, ad ministerium executionis Ordinum inefficaces.
- 3 Digno illo carens, qui medius appellatur, irregularis non est.

Tom. I.

CAP. Exposuisti. VI.

Mutilatus manu si creetur Abbas est amouendus, quia non potest ordinari in Sacris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchor. Host. Panorm. Henric. Boich. Innoc. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 334. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 118. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 2.

Collige ex text. quod habens manum mutilatam non potest ad Ordines promoueri, ut per Flamin. de resignat. lib. 5. q. 6. num. 48. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, num. 7. §. 20. Campan. in diuersorio iuris Canonici rubr. 11. c. 17. a n. 104. Nec illas habens articulatam, & aridas ad ministerium executionis Ordinum inefficaces, Flamin. d. c. 6. n. 49. Henric. lib. 14. c. 8. §. 4. in fin. Campan. d. c. 17. n. 107. Nec etiam eas tremulas perpetuo habens, præcipue si immineret periculum subuersionis sanguinis, Maiol. de irregul. lib. 2. c. 24. in fine. Tolet. in instruct. Sacerdotum lib. 1. c. 35. n. 13. quos refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 42. n. 17.

In gloss. Mann. ibi, Idem esset si emisisset digitum. Dixi ad c. 1. verbo, de digito sup. hoc tit. & ibi dictis addendum duxi ad carentem digito illo, qui medius appellatur, cum non deseruiat Eucharistiæ, irregularem non esse, tenet Campan. d. c. 17. n. 112. vers. vtrum, contra Sayr. de censuris lib. 6. c. 1. §. num. 16. propterea etiam non est ille, qui senos digitos habet in manibus, præcipue si exercitij vsum non detinent, nec propterea operatio manus incommodatur. Ego ipse d. alleg. 42. n. 22.

In ead. gloss. ibi, Sed propter carentiam dantis non impediretur. Ego ipse d. alleg. 42. n. 37. & n. 32. de habente nasum pressum, aut grandem, & n. 34. de habente os deformem, & imperfectum, & n. 39. de carente auribus, & furdastro, & n. 40. de claudo, & n. 42. de gibboso, & n. 45. 46. 47. & 48. de paralyti, morbo gallico, quartana febre, & morbo comitiali laborantibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Ungula pollicis carens, dummodo sit fortis in pollice, licite ad Sacerdotium promouetur.
- 2 Pollicis ungula carens, dummodo in pollice sit fortis, licite ad Sacerdotium promouetur.
- 3 Pollicis pars si desit, nulla precedente culpa si Hostiam frangere non impediat, irregularitatem non inducit.
- 4 Irregularitatem inducit vitium corporis impediens executionem Ordinis, & inducens deformitatem insignem.

CAP. Thomas. VII. & ult.

Honor. III.


Ungula pollicis carens, si est fortis in pollice, ut possit frangere Hostiam, potest ordinari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchor. Host. Panorm. Henric. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 334. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 119. remissive Ximen. in concord. p. 1.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Tabien. verbo, corpore vitiatus, vers. vtrum auiuso, Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. cap. 17.

R 3 n. 1524

num. 112. ubi etiam resolutionem Sylvestri verb. corpore vitiatum, n. 3. in fine, elicita ex hoc cap. a contrario sensu, quod amittens ungulam pollicis casualiter dando operam rei illicitæ sine dispensatione celebrare non possit, interpretatur veram esse cum illius carentia non impedit fractionem Hostiæ, quia si impediret, quamvis rei licitæ nauando amitteret, nec celebrare nec ordinari posset. Vnde quamvis pars pollicis nulla præcedente culpa desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impediat, minime inducit irregularitatem, Salon. 2. 2. D. Thom. q. 65. art. 1. controu. 4. concl. 2. Nagar. consil. 1. sub hoc tit. Sayr. in floribus decisionum sub eod. tit. decis. 2. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 12. Campan. d. c. 17. n. 112. vers. quinimo; induceret tamen irregularitatem si quis careret toto pollice, aut indice, qui per necessarij sunt ad consecrationem, Borgal. tract. de irregul. rub. de corpore vitiatum, n. 4. Placa in epitome delicti, lib. 1. c. 15. num. 9. Salon. ubi proxime, Sayr. de censuris, lib. 6. c. 15. post n. 12.

4 Si ad frangendum Eucharistiam, &c.] Notatur ad hoc quod vitium corporis impediens executionem Ordinum, vel inducens deformitatem insignem, efficit quem irregularem, vt per Nan. in man. cap. 27. num. 198. Albert. Trot. de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 16. Couar. in Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. in initio, num. 5. Tiraquel. ad l. 2. connub. gloss. 1. part. 2. num. 59. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. num. 44.



De Bigamis non ordinandis.

TIT. XXI.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Anchar. Ioan. Andr. Anania, Panormit. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 28. vers. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 164. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Can. Mart. Mesnartius in epitome Decret. fol. 24. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontific. a pag. 83. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Gernon. in paratitulis ad quinque libros Decret. sub hoc tit. Petr. Alphons. de Valconcel. in harmonia rubr. iuris Canon. Barthol. Carthag. in expof. titulorum iuris Canon. nonissimè Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decretal. omnes sub hac rub.

De materia huius tit. tractant Angel. Armil. Tabien. Sylvest. & alij Summistæ, verbo, bigamia, Ioan. Montaigne in tract. de bigamia, tom. 9. tract. Doctorum, fol. 122. Guillelm. Durand. in speculo iur. lib. 4. sub hoc tit. Borgal. de irregul. p. 5. tit. de bigamis, Maiol. eod. tract. lib. 1. c. 33. Miles in suo repert. verbo, bigamus, Couar. in clem. si furiosus, de homicid. p. 1. §. 2. Albert. Trot. de vero, & perfecto clerico, lib. 2. c. 11. Nau. in man. c. 27. n. 195. cum seqq. & tom. 1. consil. sub hoc tit. quatuor ponit consilia, Lud. Lopez in instructorio conscientia, tom. 2. p. 2. c. 22. Felician. de irregul. c. 6. Ngolin. eod. tract. c. 56. Villadieg. eod. tract. c. 13. Viuald. in candelabro aureo, p. 1. ubi de irregul. bigamia, Tolet. in instruct. Sacerdotum, lib. 1. c. 70. Greg. Lop. 35. tit. 5. p. 1. Vega in sum. p. 1. c. 38. & in espejos de curas, c. 12. a. n. 299. & c. 14. a. n. 37. Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 47. Bernard. & Salzed. in pract. c. 16. in nouiss. edit. Carrillo in itinere ordinandorum, sect. 4. c. 4. a. num. 30. Petr. de Ledefma in sum. p. 1. tract. de Sacram. Matrim.

c. 12. Brunor. a Sole in locis communib. verbo, bigamus, Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo bigami, Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. B. n. 113. & seq. Valent. tom. 4. disp. 17. q. 9. punct. 3. Flamin. Paril. de resignat. lib. 4. q. 4. a. n. 17. & lib. 5. q. 3. n. 168. cum seq. Molina de iustit. tom. 4. disp. 67. Soar. tom. 5. de censuris, disp. 49. Sayr. eod. tract. lib. 6. c. 3. cum tribus seq. & in floribus decisionum sub hoc tit. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 83. cum tribus seq. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 4. Rebello de obligat. instit. p. 2. lib. 3. de matrim. q. 20. Coninch. de sacr. & censur. disp. 18. dub. 1. a. n. 103. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 6. de bigamis, Campan. in diuersorio iuris Can. rubr. 1. c. 6. Bonacina de censur. disp. 7. q. 2. puncto 5. Valer. Reginald. in praxi fori penit. 30. n. 80. cum seq. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 2. quæst. 8. art. 2. Guttier. de matrim. c. 107. Fr. Bartol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit disp. 5. dub. 3. Paul. Layman. in sum. Theologia moralis lib. 1. tract. 1. p. 4. c. 6. Villalob. p. 1. sum. tract. 2. diff. 3. nouissimè Fr. Hieron. Roderic. in compend. quæst. Regul. ref. 16. de bigamia.

S V M M A R I V M.

- 1 Bigami, penitentes, & mariti repudiatarum non possunt ordinari.
- 2 Bigami non possunt ad Ecclesiasticos Ordines promoueri.
- 3 Penitentes solemniter ordinari non possunt, etiam solemniter penitentia peracta.
- 4 Penitentes solemniter infamia nota laborant.
- 5 Dispensare potest Episcopus ad Ordines minores cum penitentibus solemniter, data necessitate, vel vtilitate.
- 6 Penitentes solemniter si ordinentur, characterem recipiunt.

CAP. Vt bigami. I.

Conc. Aurelian.

Bigami, penitentes, & mariti repudiatarum non possunt ordinari. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. And. Innoc. Butr. Anan. Panorm. Host. Anch. Henric. Vin. in ration. primi libri iuris Pontific. pag. 335. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 119. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. desumitur ex Conc. Aurelianen. II. c. 9. licet Burch. lib. 2. c. 19. & Iuo p. 6. c. 19. desumi affirmant ex Concil. Aurelianen. c. 10. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 1. c. 2. referunt etiam Burchard. lib. 2. Decretal. c. 33. Iuo p. 6. c. 134.

¶ *Ut bigami.*] Notatur ad hoc quod bigami non possunt ad Ecclesiasticos Ordines promoueri, vt per Bernard. in practica, cap. 26. num. 2. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 6. num. 1. quos refecto ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 49. n. 16. ubi num. 17. quod non possunt Ecclesiastica consequi beneficia, alias collatio eis facta inualida est, etiam si accedat Episcopi consensus, Rot. decis. sign. 5. part. 23. recent. Bartol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 5. dub. 3. num. 11.

¶ *Penitentes.*] Notatur ad hoc quod penitentes solemniter sine dubio ordinari non possunt, etiam solemniter peracta penitentia, vt per Maiol. de irregul. lib. 3. c. 2. sub n. 4. vers. quæ omnia; penitentes etiam solemniter infamiae nota laborare, resoluunt Bernard. in pract. cap. 19. num. 1. alias cap. 23. in nouiss. edit. Mar. Alter